

Attonem marchionem de Camirino [a] se contulit, a quo infra dece<sup>ni</sup>um honorem militare meruit. Cui p<sup>re</sup>d<sup>ict</sup>us marchio ob sua merita exercitum ad su<sup>e</sup> patriae liberationem cum largis expensis concessit. Ducens igitur Valentinus exercitum Faventiam, nominatim tyranum, in palatio magno et forti iusta Portam Amolensem commorantem, adeo expugnavit, quod infra quinque dies ipsum cum filiis et familia ejus tota igni combussit, palatiū totum destruxit, turris remanente in signum usque ad p<sup>re</sup>sens. Sic quoque patriam, ut p<sup>re</sup>dixerat, liberavit [A].

*De igne maximo, et de destructione turris de Caminiza (42).<sup>a</sup>*

### CAP. XI.

Anno <sup>x</sup>XLV<sup>y</sup> combusta est Faventia et major ecclesia, cum instrumentis ejusdem<sup>[42\*]</sup>; et destructa est turris magna, quae erat in Caminiza [X].<sup>b</sup>

*De destructione civitatis Forlivi<sup>c</sup>, et seminatione salis.*

### CAP. XII.

Anno Domini <sup>x</sup>quinqagesimo quarto [d], cum Livienses nollent [e] Ravennatis in omnibus et per omnia subjici [f], ipsi Ravennates, nimio furore accensi, Livium destruxerunt [g], et in una particula sulcata vomere salem seminaverunt, dicentes: <sup>q</sup>um nascetur istud salē, reedificabitur locus iste. Qui vomer hodie [h] apparel in strata episcopi urb<sup>i</sup> fixus [g]. Erat enim tunc civitas parva, quae non loci fortitudine, non virorum multitudine debatur. Timentes autem Faventini, ne eis simile contingere, receptis Liviensibus, civitatem eorum brevi restaurarunt tempore, conferentes in lignis [h], virtualibus / et aliis necessariis. [i] inter Faventinos / et Livienses p<sup>re</sup>d<sup>ict</sup>os facta est concordia [X].<sup>j</sup>

*Liviensitatemque  
longo tempore pa<sup>x</sup> et*

+ *Manuscr.*  
[a] ad Attonem marchionem de Camirino, C. M.; de Camerino C. V. — [b] civitatis Forolivii. In C. M. semper Forlivii, Forlivium, Forlivienses. Sufficiat semel id adnotasse. — [c] cum Livienses nollent. Saepe C. M. habet Livienses pro Forlivienses. — [d] per omnia subjici. In C. M. per omnia subici. — [e] . . . . — [f] in strata episcopi urb<sup>i</sup>. Sic l. Cl. Mitt. In C. V. in terra ipsius urb<sup>i</sup>: an leendum: in turri ipsius urb<sup>i</sup>? Cod. M. derasus hic fere est. Videtur tamen posse legi codex etiam sic: in vicaria episcopi urb<sup>i</sup>. — [g] urbis fixus, C. V. In C. M. pro fixus adest fixa. Tondutius legit juxta ipsam urbem fixus. Vide Hist. Faenz. pag. 156. — [h] conferentes in lignis. Supplevimus conferentes in, quia lacuna hic adest, formulas auctoris alibi adhibitas sequuti. — [i] et aliis necessariis. Sic lego. Necessitatibus Cl. Mitt.; sed quae sequuntur duo verba omnino exesa sunt. — [j] p<sup>re</sup>d<sup>ict</sup>os facta est concordia. Sic, conjectura potius quam certa lectio, supplevi; nihil enim praeter concordia appareret.

*Porta ipsius*

[A] Manasii tyrannidem Tondutius in sua Historia ad ann. DCCCLIV referendam duxit.

[B] Regio de Caminiza erat in vicinia S. Proculi, vulgo della Pieve del Ponte. Vide Animadversiones ad not. (42).

[C] Tondutius male legit MLIII, ac proinde ad an. 1053 refert hoc factum. Vide ejus Histor., pag. 156.